

CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

509

937/ 03 / 25

*Burrane e os seus herdeiros dóanlle a Gutier e Ilduara, pais de San Rosendo, a parte que teñen na villa de Parada xunto ó Arnoia. Ademais engaden na doazón nove colmeas coas súas abellas.*

TC, fols. 175v. - 176r.

KARTA DE VILLA PARATA.

In Dei nomine. Ego Burrane una cum heredibus meis nominibus Senta, Elperico, Sisverto et Sendino vobis domno Guttier et domne Ilduare. Placuit nobis atque convenit nullius quogentis imperio nec suadentis articulo sed asto animo et pronam volumtatem nobis accessit volumtas, ut faceremus vobis testum scripture donationis sicuti et facimus de nostra portionem quem habemus in villa Parata iusta rivulo Arnogie, subtus monte Toro et subtus monte Mesero. Donamus vobis ibidem // iam sepeditus medietatem de ipsa nostra portionem que nos ibidem competit inter nostros heredes ab integro per suos antiquiores terminos cum omne sua prestantia vel utensilia sua quam ibidem potueritis invenire et donamus idem vobis VIIIII colmenas cum apibus suis. Ita ut de hodie die et tempore de nostro iure sit ipsa medietate de nostra portionem de ipsa villa de nostro iure abrassa et in vestro iure vel dominio sit tradita atque confirmata, habeati vos et omnis posteritas vestra ut quicquid [inde] facere vel iudicare volueritis liberam in Dei nomine habeatis potestatem. Si quis tamen, quod fieri non credimus, aliquis homo contra hec testum scripture donationis ad inrumpendum venerit<sup>1</sup> vel venerimus inferat vel inferamus pars nostra partique nostre ipsa medietatem iam sepedita cum omne sua prestantia duplata vel quantum ad vobis fuerit meliorata et vobis perpetim habiturum.

Facta kartula donationis VIIIº Kalendas Aprilis. Era D CCCCLXXV.

Burrane in hanc cartula donationis manu mea roboro (signum). Senta in hanc kartula donationis manu mea roboro (signum). Elperigo in hanc kartula donationis manu mea roboro (signum). Sendino in hanc kartula donationis manu mea roboro (signum). Armentario ad persona de meo pater et nomem Senta, manus mea roboro (signum). Qui se agnoverunt in veritatem ut adfirmarent ista karta sicut antea fuerat adfirmata de istos supranominatos id sumus Sendino ad mea persona et de meos heredes (signum).

Qui presentes fuerunt quam ista carta adfirmaverunt, id est Sampiro confeso ts. Visterla presbiter ts. Veremodus presbiter ts. Adaulfus presbiter ts.

---

<sup>1</sup> Hai outrovenerit riscado.